

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, Th. D.
P.P. & Superint. Ad Exequias, Quas ... Dn. Johanni Sibrandt von Sechelen/ Marito
desideratissimo, Vidua Moestissima Hodie ... paratas expetit, Omnes omnium
ordinum Cives Academicos peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760834>

Druck Freier  Zugang



Mauritivs, C.,
in
J. S i b r a n d t
von Sechelen.
Rostock, 1657.

28



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774760834/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760834/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774760834/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760834/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

CASPARVS MAURITIVS,

Th. D. P. P. & Superint.



Ad Exequias,

Quas

OBLISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRO

DN. JOHANNI SIBRANDT

von Sehelen /

Marito desideratissimo,

VIDUA MOESTISSIMA

*Hodiè ad horam 1. in templo Mariano
paratas expicit;*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos paramanter invitati.

••\$ (o) \$•

Rostochii, Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LVII.

67. 3

Resurrectionis Christi, cuius svavissimam memoriam universi nunc recolit orbis, quinque causas assignat Thomas Aquinas. Primo oportuit resurgere Christum ad commendationem divinæ justitiae, ad quam pertinet exaltare eos, qui se propter DEUM humiliant. Eam rem graviter descripsit S. Paulus Phil. II. Nempe post fella favos Christus gustavit, nec ante Rex gloria à cœlestibus est salutatus, quam Rex Iudæorum proscriptus in crucem, quæ sunt libratissima Tertulliani verba. Secundo resurgere oportuit Christum ad complementum salutis nostræ. Mortem obiit veram, maledictam, ignominiosam, acerbam, ut nos morti æternæ, maledictæ, ignominiosæ acerbæ eximeremur. Resurrexit verè, miraculosè, gloriosè, ut nos gloriæ suæ faceret participes. Adeoque, ut & malis liberaremur & bonis potiremus, quorum utroque completeretur salus nostra, & mori voluit & resurgere Servator. Tertio resurrexit Christus, ut & nos resurgeremus atque in novitate vitæ ambularemus. Quo pertinet abrenuntiatio, quæ sic in baptismo nostro. Ingressus es, inquit Ambrosius, regenerationis sacrarium, repeate quid interrogatus sis, cognosce quid responderis. Renuntiasti Diabolo operibus ejus, mundo & luxuriæ ejus ac voluptatibus: tenetur vox tua non in tumulo mortuorum sed in libro viventium. Præsentibus Angelis locutus es, non est fallere,

fallere, non est negare). Quarta causa resurrectionis Christi est sustentatio spei nostræ. Qværit eleganter Augustinus: *In passione quid egit Christus? Docuit quid toleremus. In resurrectione quid egit? Docuit quid speremus.* Hic opus ibi merces Opus in passione, merces in resurrectione. Hac spe tretus excelsus Jobi animus in sterquilino exclamat: Scio, qvod Redemptor meus vivit, & ultimus in pulvere triumphator stabit, & simulac post cutem meam erolam excisa sunt ista, (*δειλίκως*) è carnem mea video dominum. Eadem est spes nostra. Spes Christianorum est resurrectio mortuorum, ut loquitur Tertullianus. Et hæc ultima est causa resurrectionis Christi, fides nostræ resurrectionis. Si Christus surrexit, Rex noster, caput nostrum, & nos resurgent. Neque enim Rex sine subditis, caput sine membris esse poterit. Videtur qvidem CARNIS resurrectioni rationi nostræ absurdæ, sed rationi corruptæ, non autem regenitæ & illuminatæ. Lex constituta moriendi, legem non adimit resurgendi. Qvia decernenti legem, lex non affert necessitatem, neq; DEUS sibi jus vivificandi ademit, legem nobis decernendo moriendi, ut graviter Hilarius loquitur in Psal. LI. Qvod si naturæ, qvæ est DEI potestas ordinaria, sunt tantæ vires, ut excisæ arboris truncus repullulare & quasi vitam recipere possit, ut redeant vere novo campis gramina, arboribusq; comæ, qvarum radices terræ infixæ harent, nullum dubium est, qvi & nos, qui radici nostræ vivificanti Christo sumus insiti, repullulaturi & vitam recepturi simus.

poteſtate Dei extraordiñaria, qvâ, qvæ non ſunt, vocare Deus ut ſint, & multo magis reſtituere, qvæ intercidetur, poſt. Deus enim melior eſt, qvâm Natura (verba ſunt Irenæi) habens apud ſemetipſum velle, qvia bonus eſt: Et poſſe, qvoniam potens eſt: Et perficere, qvoniam perfectus eſt. Hæc ſunt opponenda terribili mortis ſpeciei. Non ſunt ſepulcra foveæ corruptionis, ſed molliſſimi lecti, in quibus corpora noſtra ſyaviflum reqviescunt, donec exuſcitata Angeli cuba noviſſima, corruptione exuta, induant aq[u]a regia & beatam imortalitatem. Eadem terra, qvæ omnes homines videatur vorare, fidiflma cadaverum noſtrorum custos & conservatrix eſt, redditura depositum illo tempore, qvod in theſauris infinitæ ſcientiæ reconditum ſolus DEUS novit. Iſtis meditationibus erigenda nobis nunc eſt Nobiliflma & laudatiflma Fœmina ANNA DOROTHEA Nefen/in tristi & acerbo obitu Mariti dilectiſſimi, Viri Nobiliflmi & Ampliſſimi, DN. JOHANNIS Sibrandes von Sechelen/cui hodiè exeqviæ parantur. Non trepidabit in hac morte, ut qvæ probè novit, Christum noſtrum non tantum mortuum eſſe, id qvod & pagani & Judæi & omnes iniqiui credunt, verum etiam resurrexiſſe, qvod proprium eſt fidei Christianorum. Solem videmus occidere qvotidie & oriri, nec impedire occafus extertum ſolis poſt. Qvo ergo pacto reſurrexiſſi obſtaeulum mors objicere queat? Qvippe absorpta in viatoria Triumphantoris noſtri.

Nat

Natus est Dn. JOH. SIBRANDT von Seheles/ Rostochii
An. M. DC. X. II. Febr. Patre Viro Ampliss. & Integerrimo
Dn. SYLVESTRO Sibrandt/ Negotiatore hujus Urbis
florentissimo; Matre Matrona Optima suiq; sexus
ornamento A N N A von Herverden, Viri Amplissimi
& Prudentissimi Dn. V E I T H von Herverden / hujus
Reip. Senatoris gravissimi Filia. Cœteros Avos, Pro-
avosq; hic memorare nihil attinet: neq; enim inclita-
rum & nobilium familiarum der Sücktinge/ Wenckens-
stern/ der Oldenburge &c. memoria qvenquam latere
potest, quibus originem suam piè defunctus debet.
Et sunt ejus propinqui, Viri & in aulis Principum, &
de hac Academia atque Urbe meritissimi in clara luce
collocati. Editum in hanc lucem Parentes lavacro re-
generationis Christo arbori vitæ inseri curarunt, &
præceptis pietatis atq; honestatis à teneris imbuerūt.
Cumq; ingenium capax divina gratia obtineret, stu-
diis primum adhibitus esset, & diversa collegia sub
Dn. D. Stephano Clotzio, Amico nostro & in Christo
Fratte venerando, habuit. Post ducente ad com-
mercia naturæ instinctu, Hamburgum missus est, ut
negotiationum sibi notitiam compararet. Hinc in Bel-
gium, Sveciam, Daniam, Poloniā, Russiam, Germa-
niā superiorem profectus artem negotiandi magis
magisq; excoluit. Anno M DC. XXXIII. VI. Augusti
sic ordinante Divina Providentia in matrimonium
duxit Fœminam Lectissimam CATHARINAM
Gennichs/ Viti Spectatissimi Dn. HENRICI Genn-
ichs/ Civis qvondam Coloniensis Filiam, qvætum
rem.

temporis una cum Parentibus apud Avunculum Dn:
L A M B E R T U M Steinwiegen / J. U. D. & civitatis
Stralsundensis Consulem ejusdemq; civitatis & reli-
qvarum Anseaticarum Syndicum & Pomeraniæ Oc-
cidentalis Consiliarium Provincialem comorabatur.
Ex hoc conjugio, qvod feliciter X. annos duravit, su-
sccepit duas filias, tresq; filios, qvorum duo, altera
nempe filiarum & filius unus, Parentem præcesserunt,
tres per Dei gratiam superstites sunt, EUPHROSINA,
ALEXANDER HENRICUS & SYLVESTER. Ru-
pto hujus Conjugii per mortem conjugis dilectissimæ
vinculo, qvandoqvidem res domestica conjugii ite-
rationem efflagitabat, ad secunda vota Deo feliciter
providente transiit, & Anno M. DC. XLV. XXIII Apr.
duxit Virginem pudicissimam & laudatissimam AN-
NAM SOPHIAM Nesen / Viri qvondam Amplissimi
& Prudentissimi Dn Hans Nesen / Senatoris Gustro-
viensis Filiam, nunc relictam viduam mœstissimam.
Neque huic conjugio defuit benedictio divina, Pater
qvippe sex liberorum, qvatuor filiorum & duarum fi-
liarum divina beneficentia effectus est: ex qvibus utraq;
filiarum ANNA CATHARINA & ANNA ELISABETHA, ut &
filiorum unus JOHANNES imatura morte abrepti sunt:
superstites ALEXANDER JOHAN, CASPAR ERNST & JOA-
CHIM CHRISTIAN obitum Parentis dilectissimi effusis-
simis lachrimis proseqvuntur. ANNO M. DC. LI. ab In-
viatis. & Potentissimo Imperatore Cæsare Augusto
FERDINANDO TERTIO &c, &c, &c. unacum

con-

conju^ge liberisque in numerum Nobilium cooptatus
& singularibus Immunitatibus ac privilegiis ornatus
est. Anni currentis mense Februario, ipso Mattheiæ
die Gustrovii acutissimo morbo correptus, vocari ad
se curavit Virum pl. Reverendum & Clarissimum Dn.
STEPHANUM HANEN, Aulæ Gustroviensis & Ca-
thedralis Ecclesiæ Pastorem meritissimum, Amicum
& in Christo Fratrem pl. colendum & dilectum, do-
lorem suum piè defunct^o de admissis peccatis aperuit
his verbis: *Confiteor, me esse maximum peccatorem, sed propitius
esto mihi, ô DEUS, propter Filium tuum JESUM CHRISTUM, qui traditus
est propter peccata mea in morte & resuscitatus ad mei justificationem.*
Post admonitus de offensis fraternali, vehementer ora-
bat, ut quos læsisset ullo pa^cto, sibi Christianæ charita-
tis affectu ignoscerent, & idem se facturum aliis, à qui-
bus Iesus esset, serio promisit. Addebat: *O Domine, ne
intres in judicium cum servo tuo!* His & similibus postquam
confessionem magno peccatore dignam edidisset,
consolationē audivit ex verbo Dei & à peccatis omni-
bus absolutionem impetravit. Pastus corpore & san-
gvine Domini sumum gaudium gavisus est, & DEO
singulares gratias egit, quod spatium serio dolendi de
peccatis & in Christum, qui peccata totius mundi por-
tat, ea exonerandi indulisset. Quæ omnia plenius do-
cebit funebris Concilio, DEO volente. II. Martii de-
nun^c accitus Dn. HANE preces piè defuncto præivit,
quas ipse durante adhuc mentis vigore devotis aurib⁹
imbibit, sequ^e ad placidam mortem composuit, quæ
hora

hora prima pomeridiana æruminabili vitæ finem imposuit.
Quid hic angimur mortales in morte nostrorum, qvos per-
fissimi sumus vestimento, qvod mortale est, exui, ut æter-
no induantur, atq; de tenebris ad lucem, de periculis ad secu-
ritatem, de inopia ad divitias, de prælio ad victoriam, de tri-
stitia ad gaudium, de temporali vita ad perpetuam, de fœtore
ad flavissimas odores vehi. **BONUM HABEMUS DO-
MINUM PECCATORES CONTRITI ET CREDEN-
TES.** Bernhardum legimus in Vit. ejus lib. I. cap. XII. cum
extremum jam trahere spiritum videretur. in excessu mentis
sue visum sibi ante tribunal Domini stare. Adfuit autem &
Satan ex adverso, improbis cum accusationibus pulsans. Ubi
vero ille omnia fuerat prosecutus, & Viro DEI pro sua parte
dicendum fuit, nil territus aut turbatus ait: fateor, non suam
dignus ego, nec propriis possum meritis regnum obtinere cœ-
lorum. Coeterum duplici sane illud obtainens Dominus meus,
hæreditate scilicet Patris & merito Passionis, altero ipse con-
tentus, alterum mihi donat, ex cuius dono jure illud mihi ven-
dicans non confundor. In hoc verbo confusus inimicus,
conventus ille solutus & homo DEI in se reversus est.

Cum a. Viri Nobilissimi exuviae hodiè hora I. terræ sint
demandandæ, rogamus studiosè omnes omnium ordinum
Cives Academicos, ut in honorē & solatium mœstissimæ Vi-
duæ, Liberorum, totiusq; Familiaæ honoratissimæ ad funeris
deductionem freqventes convenire, & DEO Ter Opt.

Max. utramq; Rempubl. devota supplicatione
commendare ne graventur.

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus XVI. April.

Anno M. DC. LVII.

Conveniendum in templo Mariano
hora prima.

(:06:) o (:50)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774760834/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760834/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774760834/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760834/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774760834/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760834/phys_0016)

DFG

Natus est Dn. JOH. SIBRANDT von Sech
An. M. DC. X. II. Febr. Patre Viro Ampliss.
Dn. SYLVESTRO Sibrandt/ Negotiato
florentissimo; Matre Matrona Opt
ornamento ANNA von Herverden, V
& Prudentissimi Dn. VEITH von He
Reip. Senatoris gravissimi Filia. Cœt
avosq; hic memorare nihil attinet: ne
rum & nobilium familiarum der Sach
stern/ der Oldenburge &c. memoria qu
poteſt, quibus originem suam pie de
Et sunt ejus propinqui, Viri & in aulis
de hac Academia atque Urbe meritissi
collocati. Editum in hanc lucem Pare
generationis Christo arbore vita inse
præceptis pietatis atq; honestatis à te
Cumq; ingenium capax divina gratia
diis primum adhibitus est, & dive
Dn. D. Stephano Clotzio, Amico nos
Fratre venerando, habuit. Post du
mercia naturæ instinctu, Hamburgu
negotiationum sibi notitiam compar
gium, Sveciam, Daniam, Poloniā, R
niā superiorem profectus artem ne
magisq; excoluit. Anno M DC. XXI
sic ordinante Divina Providentia in
duxit Fœminam Lectissimam CAT
Gennichs/ Viti Spectatissimi Dn. H E
nichs/ Civis qvondam Coloniensis Fi



ochii
rimo
Irbiſ
exuſ
ſimi
ujus
Pro
clita
cken
atere
bet,
n, &
luce
to re
, &
erūt.
, stu
a sub
risto
com
st, ut
nbel
rma
nagis
ugusti
nium
IAM
Gem
etum
tem-